

138 QVAESTIVNCVLAE
8z $\frac{2}{3}$. $\frac{1}{2}$. Si enim hæ minutiae minutiarum re-
ducatur ad simplices minutias, reducetur pri-
or ad $\frac{2}{3}$. hoc est, ad $\frac{1}{3}$. posterior vero ad $\frac{2}{3}$. id
est, ad $\frac{1}{3}$. quoque. Quod in priori regula non
cōtingit. Cum enim ibi prior minutia sit fra-
ctio vnius tantū particulæ posterioris, perspi-
cuum est in eodem exemplo aliud esse $\frac{2}{3}$. $\frac{1}{3}$. &
 $\frac{2}{3}$. $\frac{1}{2}$. Prior enim minutia minutiarū facit $\frac{2}{3}$:
hoc est, $\frac{1}{2}$. posterior vero $\frac{2}{3}$. id est, $\frac{1}{3}$.

QV AEST IV NCVL AE NON NVLL AE
numerorum integrorum, ac minu-
tiarum.

CAPVT XVI.

OPeræpretium me facturum arbitror, si
priusquam ad alia pergam, subnectam
hoc loco varias quæstiunculas nume-
rorum integrorum, ac minutiarum, quæ per
additionem, subtractionem, multiplicatio-
nem, diuisionemque soluuntur, tum quia in
ijs soluendis studiosi sese exercere possunt
in operationibus integrorum, & minutia-
rum, tum etiam, quia sæpenumero simi-
les quæstiones præclarum usum habent in a-
lijs rebus Arithmeticis. Hinc ergo exordie-
mur.

Inuentio
numeri, à
quo facta
est subtra
ctio, vel
facienda
ut propo-
situs nu-
merus re-
linqua-
tur.

1. A Quo numero subducta sunt, vel sub-
duci debent 23. vt remaneant 47? Item à quo
numero subducta sunt, vel subduci debent
 $\frac{4}{7}$. vt relinquatur $8\frac{2}{3}$? Huiusmodi quæstiones
soluuntur per additionē. Si enim numerū sub-
tractum, subtrahendumve adijcias numero,
qui relinquī debet, conficies numerum, à quo
datus